

Hvibel.

PROBLEMA IVRIS FEVDALIS

1782. 1784.
*Num ob renouationem simul-
taneae inuestiturae a proximiore simulta-
nee inuestito omissam, consolidatio feudi tem-
poraria, existente successionis casu,
locum babeat.*

DISSERTATIO IN AVGVRALIS

QVAM

ILLVSTRIS IVRE CONSVLTORVM COLLEGII

AVCTORITATE

PRO GRADV DOCTORIS
IN VTROQVE IVRE

CAPESSENDO

D. XVIII. APRILIS A. R. S. CLO CCLXXXII.

H. L. Q. C.

PUBLICE TVEBITVR

HENRICVS FERDINANDVS HVIBEL

IVR. VTR. BACCAL. ET ADVOC. SAXON. IMMATR.

LIPSIAE,

EX OFFICINA BÜTTNERIA.

PROBLEMS IN THIS FIELD

Manus op. 12. Monasterio de San Juan de los Reyes. Madrid.

DISTRIBUTION OF MAGNETS

47470

PERILLVSTRI
ATQVE
EXCELLENTISSIMO
DOMINO
AVGVSTO FRIDERICO
L. B. DE ENDE

DOMINO ET DYNASTAE IN REHMSDORFF
ET CRIMTZSCHEN
SERENISSIMISAXONIAE PRINCIPIS ELECTORIS SVM-
MI PROVOCATIONVM SENATVS PRAESIDI
GRAVISSIMO, REL.

PERIPLVASTR
PATRONO
SUMMAPIETAE
COOLENDO.
AGASTO FRIDRICO
IB de RUNDE
BOMBOTA DYNASTARI EHWSDOLLI
ET CRIMTESHEI
SEUENISISAXONIAE FRUINGCHISE FELLEGTGRESCAE
MI PULODCATIONNAM SEUATSU TRASEIDI
GRAVASSZIWE MUR

...um superius dices sed hinc omnesque rationes. Quam
nam ex dissertatione etiam voluntatis. H.T. sive
longiora sive ratiocinationibus. Non enim. Invenimus enim
in explicatione deputato in capitulo eiusdem O.V.T. cum
ratione diligenter considerata invenimus in



uod praesentem iuris feudalis quaestionem
PERILLVSTRI atque EXCELLEN-
TISSIMO NOMINI TVO inscribere, et hoc quic-
quid dissertationis est, TIBI consecrare sustineo, et si
summo temeritatis et arrogantiae sensu abundare videa-
tur, TVA tamen indulgentia qua omnium animos eri-
gis atque confirmas, mihi quoque hunc qualemcunque
ingenii foetum submissae offerenti, veniam excusationem
que pollicentur. Scio equidem, exiguum hancce opellam
nihil prorsus continere, quod TIBI, tanto, tamque in-
telligenti iurium arbitrio et existimatori ullo modo probari
queat, et quod inter grauissima, quibus pro publica salute
quotidie occuparis, negotia iudicio TVO sit dignum:
attamen patere, **PERILLVSTRIS atque EX-**
CELLENTISSIME DOMINE, ut a SPLEN-
DIDISSIMO NOMINE TVO, huic alias tenui
libello meo, decus atque auctoritas concilietur. Suscipias

quaes-


quaeso clementier atque sereno vultu, hoc qualemcumque sum
mae erga TE obseruantiae, pietatis reuerentiaeque meae
monimentum, et quod demississima mente rogo, benignissi-
mo TVO patrocinio (quo ne vñquam indignus vi-
dear, omni qua par est animi religione et industria enitar)
me habeas commendatissimum. Caeterum superium
Nunen precor, vt TE, PERILLVSTRIS
EXCELLENTISSIMEQUE DOMINE, cuius
grauiissimo praefidio intemerata fuit iustitiae administratio,
in vniuersae patriae salutem ad seros usque annos saluum
sospitemque et una cum PERILLVSTRI FAMI-
LIA TVA omni prosperitatis genere, quo humana felici-
tas censemur, quam florentissimum esse iubeat.

PERILLVSTRI ATQVE

EXCELLENTISSIMO NOMINI TVO

addicissimus

HENRICVS FERDINANDVS HVIBEL.



§. I.

Prologus.

Quod alii jurisprudentiae clientelaris partibus subinde accidit, ut quae ab interpretibus iuris feudalis neglectae, neque scriptis rite, aut prout earum dignitas postulabat illustratae, tenebris quasi oboluatae iacerent, tum autem excoli et velut in lucem protrahi cooperunt, cum, lita super negotio feudali mota, excitata fuere ICtorum ingenia, qui illam item facientes suam, dubiis vtrinque motis et sub examen vocatis, inter se de vero et genuino controvrsiae huius principio contendenterunt, et, quae cuique visa fuerit verior sententia, scriptis declararunt eamque defenderunt, idem contigisse nobilissimo iuris feudalis de simultanea inuestiture argumento, quis in re publica litteraria et feudali adeo peregrinetur, quin sciat? Atque ut iam nihil dicam de contentione illa super successione Lauenburgica, quae olim et fora et academias exercuit, recentius exemplum in promptu est. Cum enim inter Serenissimi Principis Anhaltino-Seruestani Cameram, et generosissimam Munchhusiorum gentem inde ab anno 1510. 1524. ob feudum et castrum Dornburgense, ad Albinum flumen in Principatu Anhaltino-Seruestano situm, lis agitaretur, quae non nisi perspecta omnis simultaneae inuestiture indole,

A 2

recole

IV

recte diūdicari et dirimi poterat, excitatus ad iura generosissimae Munchhusiorum gentis in Feudum Dornburgense vindicanda, ill. **GEORGIVS LUDOVICVS BOEHMERYS**, quo melior et doctior causae Munchhusianae defensor contingere haud poterat, elegansissiman commentationem *a)* anno clo^{lo} ccxxxvi, in publicum edit, sed aduersarium nulla ratione ipsi inferiorem naclus **JOHANNEM GODOFREDVM BAVERVM**, celeberrimum quondam Lipsiensem antecessorem, qui Boehmero de variis iuris feudalis principiis ad causam suam defendendam propositis litem mouit, seque aduersarium ipsi quatuor dissertationibus anno clo^{lo} ccxxxxvi, propositis obiecit *b)*. **BOEHMERYS** vero non acquieuit, sed principia a Bauerio oppugnata a dubiis liberare annis librum singularem *c)* anno clo^l ccxxxxvii. scriptis Baueri opposuit *d)*. Qua quidem controvergia, inter alia praecipue argumentum de simultanea inuestitura ab hisce duumuiris eleganter et docte illustratum atque excutum fuit, adeo, ut omnia, quae in hanc rem dici possint, exhausta videantur. Quod licet ita sit, tamen haud raro quaestiones ad simultaneam inuestitram spectantes incident, quae tunc temporis nec motae nec in controversiam fuerunt vocatae, ut, si quis in his excutendis veretur, labore sane haud inutili suscepisse videatur. Quaestionem ad disceptandum hocce libello propositam, omnino hic referendam esse existimo. Etenim quo maiora utrinque pro causa tum domini directi, tum remotiorum simultanea inuestitorum proferri

a) de inuestiture simulaneae eventualis non desiderata renouatione eius. que impuni omisione. (Goetting. 1741.)

b) Prima est de indele et natura inuestiture feudalis: *alera*, de origine et progressu communis Saxonum manus: *teria*, de forma ac definitione communis Saxonum manus: *quaria*, de communi Saxonum manu ob neglectam renouationem amissa. (Lips. 1746.)

c) de indele et natura expectatiuae et inuestiture feudalis et de huius renouatione. (Goett. 1747.)

d) Totam historiam huius controvergiae praeter CAR. FERD. HOMMELIVM in literatura iuris p. 301. docte et eleganter descripsit ill. DAN. NETTELBLADT in Hallischen Beyträgen zu der juristischen Gelehrten Historie T. I. Part. I. No. II. p. 27-97.

ferri queunt argumenta, quae animum dubium et suspensum reddere debent, eo difficilior videatur esse quaestioni propositae decisio, quae omnino legibus non decisa in Curiis feudalibus Germaniae et potissimum Saxonie in vtramque partem disputata fuit. Quae quidem a nemine, quantum scio, pertractata, a tentanda hac quaestione animum auocare potuissent, sed admonitus a Poeta

— — — quid tentare nocebit?

constitui, in hoc iuris feudalis problemate dijudicando ingenium exercere, eiusque rei periculum facere, quae inter discrepantes sententias, in tanto rationum consilio, quam proxime a vero abesse, iurisque feudalis tam communis, quam Saxonici rationibus conuenire videatur.

§. II.

Forma libelli.

Ordo in pertractando, quod nobis sumsumus, arguento, hic esto: Primum quidem velut prae cognita, potissimum de similitudine inuestitura eiusque indole ac renovatione trademus, non quod post BOEHMERVM, BAVERVM, aliasque, qui de hoc arguento ex instituto egerunt, meliora a nobis allatum iri confidamus, sed quia in his, tanquam in exordio disputationis nostrae, sint semina quaedam argumentorum, quibus deinceps in ipsa causa nostra firmando ac communienda utramur. Deinde, statu controvseriae definito, causa tum domini directi, tum remotorum simultaneae inuestitorum perorabitur; denique, quae potior nobis videatur sententia, tradetur.

§. III.

Simultanea inuestitura ex moribus Germanorum.

Inuestitura, prout vel unius vel pluribus simul de eodem feudo fit, est vel singularis, vel simultanea in sensu generali. De huius variis speciebus, quae ab interpretibus iuris feudalii e) afferri solent, hic

A 3

exponere

e) IOH CHRISTOPH. SCHMIDT, in diss. de diversis simultaneas inuestiture speciebus circumque differentiis. (Lip. 1728.) GE. LVD. BOEHMER

exponere nihil attinet, sed subsistamus in ea specie simultaneae investiture, quae pluribus fit tali modo, ut idem feudum ex lege investiture vni principaliter, alteri vero eadem infeudatione successio-
nis causa constituantur: quae cum ad instituta Germanis propria pertineat, vulgo vocatur *Germanica communis manus*, (*gesammte Hand*.) ut a simultanea investitura Longobardis visitata, vtpote a Germanica longe diuersa, fecernatur f).

Iure

MER in Tract. de indeole et natura expectatiue et investiture feudalis Cap. III. §. 57. sugg. FRANC. IVST. KORTHOLT in diss. de simultanea investitura Hassiaca in primis in feudis Cattimelibocensibus tam in curte, quam extra curtem (Gieslae 1755.) Cap. I. §. 9. Add. IOH. GODOF. BAEVERVM in diss. de origine et progressi communis Saxonum manus §. 9. 25. et 33.

f) Cf. ELIAS BRACKENHOFFER diss. an et quomodo investitura simultanea locum habeat iure feudali Longobardico? (Strasb. 1741.) AVGV-
STIN. BALTHASAR in diss. de indeole genuina simultanea investiture
iuris Germanici, eiusque cum Longobardica collatione. (Gryphifw.
1741.) §. 22. IOH. DAN. GRVBER von der gefämmten Hand, abson-
derlich in den Landen Sachſischen Rechten, que commentatio iam re-
cusa est in ZEPERNICK Sammlung auserlesener Abhandlungen aus dem Leb-
nrechte (1781. 8.) Part. I. p. 96. WILH. GERKEN Vermischte Abhand-
lungen aus dem Lehn- und reutischen Rechte P. I. p. 41. vt alios faciem,
qui praesertim successionem ex simultanea infeudatione exposuerunt,

g) *Ius Feud. Alem.* cap. 43. §. 2. *Es erbet nyemand leben, wenn der Vatter auf den Sun.* Add. *Ius Feud. Saxon.* cap. 6. et 21. *Es vererbet auch nie-
mand kein leben an einen andern, obn der vater auf den sohn.*

b) *Ius Feud. Sax.* cap. 6. *Der Vater erbet vffen Son di gewere des Gutes wie
famant deme gute, darumb endarf der Sun nichc das man ime des vaters
gut bewiſe, Wilch man aber des Sunes darbet, de erbe vffe den herren
die genera des gutes.* Autor *Vetus de Beneficiis* cap. I. §. 24 et 25. Pa-
ter, inquit, hereditat in filium possessionem, sicut et beneficium,
propter quod non eget filius, vt demandari bona patri sibi faciat do-
minus. Sic et homo carens filio hereditat in dominum possessionem
beneficii, sicut et beneficium, nisi dominus aliqui concederit expecta-
tionem

Iure Germanico antiquo diuisionis feudi, eiusque affignationis vni factae haec erat vis, vt reliquorum ius in eo succedendi amitteretur ^{hac}. Quare vasallo sine herede mortuo feudum ad dominum reddit, nec pertinet ad ultimi vasalli collaterales, licet a primo acquirente sanguinem ducentes, quippe quorum ius succedendi in feudo, facta huius diuisione totali, (*Grund- und Todtheilung*) plane exstinxit ^{hac} (fuit k). Ne igitur, facta feudi diuisione, reliqui exciderent successione, apud Germanos in cautelam abiit, vt communio feudi successionis causia conseruaretur, imperata speciali iuuenit ^{hac} vel euenuit ^{hac} vel simultanea, quamquam haec, cum illa sit efficacior, magis in vni esse coepit apud Germanos et potissimum Saxonem. Ex his omnibus aptum nesciunque est, simultanea iuuenit ex moribus Germanorum opus fuisse ad successionem in casu diuisionis inter plures eiusdem feudi confortes l) eorumque posteros conseruandam.

Sed

tionem beneficij. Atque HEINRCVS DE SEGVSIO Cardinalis Hostiensis ad Tit. X. de feudiis num. 7. ait: de consuetudine Imperii, non succedit, nisi filius descendens, et imo reuertitur feendum ad Imperatorem et ipse confert, cui vult, sic vidi quando fui in Alemannia per processus iudicari. Eam in rem sententia in iudicio Principum anno 1372. facta, exstat apud SENKENBERGIVM Corp. Iur. Feud. p. 810.

i) Iur. Feud. Sax. cap. 34. *Man mac vil brudern ein gur liben ab sie es mit gesamter Hand empfaen und gleiche gemere duran baben. Wollen sie aber sich scheiden mit deme gute, sie zbeilen iz unzer sich ane de herren vrlob wys sie wollen. Swenne aber sie sich bcreylen ir nichein hat recht an das andern Gute ab der andere stirbet. Addit Iur. Feud. Alem. cap. 65. §. 1. 2. et Ver. Aut. de Beneficiis Cap. I. §. 83. et 84.*

k) Cf. SENKENBERGII Corp. Iur. Feud. p. 11. ibique das Kayserrechte, lib. III. et XI. Illustrarunt autem hanc rem IOH. GE. ESTOR de terrarum partitionibus illustrum Germanorum inter se, praesertim ea, quae vocatur *Todtheilung*, earumque effectis, quondam successionem, (Marp. 1745.) Occasione successionis Bavaricæ etiam de hoc principio quaestum fuit: ex scriptis allegari possunt: *Beklachtung und Erörterung der Erzherzoglich Österreichischen Ansprüche auf Niederbayern und andere Thüle der Churbairischen Verlassenschaft 1778. §. 2.—7.— Die Rechte der Todtheilung in ihrer Wirkung auf das jüngst hin erledigte Herzogtum Nieder-Bayern, erster Sendschreiben 1778. Zweytes Sendschreiben 1778. Drittes Sendschreiben 1779. 4to.*

l) ADR. STEGER progr. de genuina introducione simultaneae iuuenit ^{causa}. (Lipsl. 1760.)

VIII

Sed latius patuit usus simultaneae uestitutae apud Germanos. Scilicet cum in illa non tam agnationis, quam condonum in feudo, cuius extranei aequi ac agnati extra primi acquirentis lineam potius, capaces sunt, ratio si habenda, facile est ad intelligendum, collaterales primi acquirentis non minus ac extraneos, imperata simultanea uestitura, in condonum feudi vtile successionis causa recipi, adeoque simultaneam uestitutam utrisque tum agnatis primi acquirentis, tum extraneis, ad successionem in feudo, acquirendam, esse proficiam.

§. IV.

*Simultanea uestitura tribuit: a) condonum
feudi vtile purum.*

Simultaneae uestiture impetratae ea est vis arque natura, ut condonum vtile purum, sed vifructu et possessione feudi, quoadusque vasallus possessor adest, defitutum tribuat, siquidem simultanea uestiti cum vasallo principali in communionem proprietatis recipiuntur, et quidem successionis causa m). Quare simultanea uestiti non solum stirps vasalli principis viget, iure in quacunque super feudo dispositione seu alienatione concurrendi, et, quod inde proficitur, iure prohibendi, ne quid in ipsis fraudem suscipiat, gaudent, sed etiam extintis vasalli possessoris iuribus, plenum ictius condonum exercitium quoad fructuum perceptionem et possessionem ipsa successione in feudum conlectantur. Quod etsi ita sit, et condonum plenum exercitium conditionem adiecam habeat, adeoque ab hac suspendatur, ipsum tamen condonum ab eventu successionis non suspenditur, atque non tam conditionatum, quam potius, cum de praesenti competat, purum est, et statim inde a tempore uestiture, qua constitutum est, transfertur in simultanea uestitos. Sunt quidem, qui aduersus hanc sententiam dubia moueant, et ius ex simultanea uestitura quae sit statuant esse eventuale seu conditionale n). At vero

m) GE. LVD. BOEHMER in principiis iuris feudalis §. 156.

n) IO. CHRISTOPH. SCHMIDT in diss. supra laud. §. VII. HERM. HENR. ENGELBRECHT in diss. de indole simultaneae uestiture Pomeranicae (Gryphysw. 1738.) §. IV.

quicquid dubii obmoveatur, evanescere cognoscas, si ipsum ius ex simultanea inuestitura acquistum ab huius iuris exercitio rite distinxeris. Damus, exercitum iuris, possessione et usufructu feudi inspecto, a futuro eventu successionis pendere, atque eatenus conditionatum esse; sed et illud dari capimus, inde ipsum ius non reddi conditionatum, siquidem exercitio iuris constituti conditio adiici potest, quamvis ipsius iuris translatio nulla conditione suspendatur: quae sententia non solum naturae rei, sed etiam analogiae iuris ciuilis consentanea est. Sic legata ideo, quod eorum solutio seu petatio ad modum aliquem et tempus definitum adstricta est, non redundantur conditionata, sed pura esse adeoque ad legatarii heredes transire, haud obscure intelliguntur ex L. 5. Cod. quando dies legati vel fideicommissi cedit: cui addatur l. 99. n. de condit. et demonstrat. Eadem est ratio iuris ex imperata simultanea inuestitura descendientis, quod omnino purum est, et ante delatam successionem acquistum, quamvis usura eius a successione suspendatur^{o)}. Quare iuris feudalis interpres p) ius simultanea inuestitis competens reale, meo quidem judicio, ius reale praefens et purum et cum possessore quodammodo commune adpellare solent.

§. V.

b) *Ius in feudo succedendi.*

Simultanea inuestitis non solum, florente adhuc vasalli principis stirpe, condominium feudi vtile competere, sed etiam ius in feudo succedendi, diximus. Etenim haec praecipua est simultaneae inuestiture ratio, quod idem feudum pluribus, et vii quidem principaliter, reliquis autem eadem infeudatione, sed successionis causa, constituantur,

vt

^{o)} BENED. CARPOVIUS in Rvfp. iur. Elec. Lib. VI, resp. LXXVII. MODEST. PISTORIS P. II. qu. 95. n. 11. GE. LVD. BOEHMER in principiis iur. feud. §. 163. IOH. GODOPREDVS BAVER in diss. de indeole et natura inuest. feud. §. 10. IDEM in diss. de forma ac definitione communis Saxonum manus §. 2.

p) CASP. HENR. HORN in iurisprud. feud. cap. XII. §. 29. cf. LVD. MENCKEN. diss. de simultanea inuestitura ascend. §. 3.

ut post exstinctam vasalli possessoris sobolem ad simultaneę inuestitos deuoluntur: qui quidem successionis casus non pro casu aperturae haberi debet *q*), siquidem, quo usque supersunt, quibus feudum eadem infeudatione constitutum est, feudum domino apertum fieri nequit. Id igitur inter alia simultanea inuestitura ab eventuali differt, quod haec in eventum aperturae derur, ideoque eventualiter inuestiti, infeudatione demum finita, ad successionem in feudo vocati censeantur.

§. VI.

Ordo succedendi inter simultaneę inuestitos praesertim ex moribus Saxonum.

Ius succedendi ab ordine succedendi quemadmodum in omni successione feudalı, sic quoque in ea, quae ex simultanea inuestitura competit, maximopere fecerni debet *r*). Quanquam in Saxonia Electorali, multique alii Germaniae prouinciis, vi specialis obseruantiae, simultanea inuestitura, si a descendenteribus difcesserit, sit vicicum successionis in feudo fundamentum, ab ea tamen non pendet ordo succedendi, qui inter simultanea inuestitos vel lege inuestiture vel pacto et obseruantia familiarum, vel alia ratione definiri potest. Iam, quo ordine plures simultanea inuestiti, existente casu successionis, in feudum succedant, iuvat quaerere. Plures vel uno eodemque modo ac tempore in simultaneam inuestituram recepti sunt, vel ordine definito, ac diuerso tempore, ita, ut simultanea inuestitorum ius intuitu successionis in feudo non sit aequale, sed quidam eorum in casu successionis sint proximiiores, alii contra remotiores successores in feudo *s*). Si ordo succedendi inter simultanea inuestitos specialiter definitus est, res nihil dubitationis habet,

atque

q) GE. LVD. BOEHMER in principiis iuris feudalis §. 156.

r) GE. LVD. BOEHMER in diss. de ordine succedendi ex iure primogeniturae inter coiuictitos in feudis imperii Speciatim in Dynastia Imperii Schauen (Goett. 1705.) §. 2.

s) Mand. Feud. Sax. nouiss. d. d. 30. April. 1764. Tit. VII. §. 4. Wenn nun ein Lehn durch Aßterben des Besitzers auf die Mitbeteiligten verfallen wird; So ist wegen der Succession dieser Unterschied zu halten, daß, wenn selbiges ohne eine bestimmte und vorgeschriebene Ordnung und zu gleicher

atque existunt gradus successioneis feudalis lege inuestiturae definiti, quo quidem in Saxonia Electorali etiam ille casus referendus est, si plures quidem adiunt simultaneam inuestitam, sed diuerso tempore ad simultaneam inuestituram vocati. Quibus quidem casibus, qui aut lege aut tempore sunt priores, iure potiori succedendi gaudent prae reliquis, ut ordo succedendi in feudo, illis extintis, demum ad remotiores transferatur. At vero, si pluribus simultanea inuestitura vno eodem modo ac tempore concessa, vtrum aequaliter, adeoque in capita, succedant, an potius ius vniuersiusque simultaneae inuestitae *jure transmissionis* deferatur in eius descendentes, ut, quot fuerint simultaneae inuestitorum stirpes, tot portiones etiam feudi fiant, non conuenit inter eruditos. CAROLVS FERDINANDVS HOMMELIVS t) quidem simultaneae inuestitorum descendentes in classes succedere statuit, allata hac regula: *Quotam quisque partem primus praesentatus habiturus fuisset, primo adquirente statim sine liberis mortuo, eamdem eius descendentes nunc habebunt.* — *Et descendentes rursum vniuersiusque, si plures adiint, eam partem habebunt, quam eorum pater habiturus fuisset.* Verum enim vero haec opinio obseruantiae curiarum feudalium Saxoniarum, rebus ab appellationum supremo senatu Dresdensi perpetuo judicatis u) firmatae,

B 2

matae,

er Zeit praesentirer sind, sis sedam zusammen, bingegen, wenn sie nach einer gewissen Ordnung, oder zu verschiedener Zeit zur gesammten Hand gebracht worden, sedam entweder nach dem vorgeordneten modo, oder wie sie der Zeit nach praesentirer, zur Succession gelassen werden sollen.

z) In Rhapsod. Obscrv. 576.

n) Haud piget exemplum huc afferre ex Actis C. A. M. contra R. A. M. de ao. 1723. Senent. Daraus so viel zu befinden, dass sammliche Interessen, in dem von L. A. M. auf sie verfallenen Anteil des Gieches A. G. in capita und zu gleichen Theilen, und nicht in stirpes succedieren. Das übrige von C. A. M. wider D. E. M. fol. 52. beschobene Sachen hat allhier nichts statt.

Rationes decidendi,

Ob nun wohl die simultanea inuestitura, zumal, wenn solche ex divisione feudi auti, und also ex iure sanguinis adquiriri worden, prioritatem gradus nicht ausblüsser, und dieses ex Const. 29. P. III. eingez.

XII

matae; quin ipsis adeo legibus feudalibus patriis repugnat, quibus
ordo succedendi inter simultaneae inuestituras definitur ex sola natura
simultaneae inuestituras; quam ideo quilibet simultaneae inuestitus,
etiam si sacerdos tunc apud dominum in ecclesiastice curia aliquam
einigermaßen abzunehmen, in Erwiegung, daß dieselbe, wenn nicht in
Sachsen lediglich ex iure simultaneae inuestituras sine respectu sanguinis
succediret werden sollte, entweder vergebens und otios, oder wenigstens
ihrer Rubric und Eingang nicht conform zu syn scilicet, vienuebr aus
derselben flusse, daß, da des Defuncti Bruder Kinder nicht anders als in
firipes zur successio gelassen werden sollten, die remotiores agnati nichz
pinguiorius conditionis seyn könnten, und außerdem die allegirte Constat.
daß doch fratum liberis ein Beneficium geben wollen, zu ihrem Nach-
teil gäben wäre. Hiernächst die Billigkeit erfordere, daß besagten
remotioribus agnatis die successio nicht anders als in firipes gestatuer wür-
de, in Berechnung, daß, wenn deren Eltern den Casum devolutiois er-
lebet, sie nicht andrs als nur eine ratam erhalten hätten, durch deren Ab-
sterben sie nicht locupletiores werden könnten. So wären auch die primi
adquirentes der Mitbelohnungsbiffien, zumahlen, wenn sie nomine collecti-
uo vor sich und ihre Leibes Lebni Erben inuestit worden, nicht an-
ders als re et verbis conjuncti anzusehen, deren Iura durch den mit bis-
terlassung vieler Kinder beobachteten Abgang des einen Mitbelohnten nicht
decrescere könnten; Welchenfalls auch verschiedne Rechts - Lehrer, als:

HORN, Iurisprud. Feud. Cap. 16. §. 14.

CARPZOV. P. III. C. 29. Def. IC. II. 12. 13.

STRV. S. I. F. C. 9. Aph. 16. n. 6.

HARTM. PISTORIS, L. II. 9. 22. n. 14.

sowohl als:

BERGER Decis. 531.

beyflichtreuen, und besonders dieser letztere verschiedene in pari casu ge-
sprochene Urteil allegire:

Hierüber sey insbesondere in den von dem primo adquirente ergänzen
Lehnbriefe ausdrücklich enthalten, daß die Successio nach Rechte der Sipp-
zahl gescheben, und also gradus proximitas consideraret werden solle:
Weil aber dennoch an dem, daß in Sachsen keine andrea Successio als die
ex simultanea inuestitura herüthret, stets findet, folglich ein jeder nicht
ex iure sanguinis und de voluntate, sondern proprio et inuestitura adqui-
sto succediret: Die Constitution 29; aber von diesem iure communi ex-
orbitans, und also ultra casum und fratum liberos nicht zu extendi-
ren, auch die Opiniones Doctorum so wenig als indicata einiges Rechte
macbren

aliquando in feudum successurus proprio facto impetrare tenetur x). Ex quibus patet, simultanee inuestitos, quotquot in casu successionalis adfunt, ad successionem vocari aequaliter, id est, succedere in capita y), adeo, ut quilibet simultanee inuestitorum manescatur portionem virilem feudi, nisi plures communi et collectivo nomine inuestiti veluti stirpem ex ipsa simultanea inuestitura, ejusque pacto constituant z). Caeterum cum inter simultanee inuestitos nec agnationis nec proximitatis gradus ratio habenda sit, extraneus aequa ac agnatus, remotor aequa ac proximior, dummodo simultanea inuestitura eodem modo et tempore sit collata, ad successionem aequali iure admittitur. Exulat igitur inter simultanee inuestitos ordo succedendi per agnationis praerogativam definitus, nisi adoptatus sit, aut lege inuestiturae, veluti per formulam nach Recht der Sipp-

B 3

zahl

machen, und die allegata sich alle auf inuestituras nomine collectivo factam gründeten, welche aber, da kein Lehnbrief ausgeferrig, allhier nicht zu ersehen, folglich disparitas casu vorhanen wäre. Die allegirten Lehnbriefe aber von denjenigen Mitbelebnten, die ex praeresentatione primi adquirentes ihr ius erlangen bärten, handele. Hier aber ließ inter descendentes des primi adquirentes, die ex diuinitate ihr Recht erlangt, vorhanen wäre, und alfo die in den Lehnbriefen inserirte Clausul, als res inter alios acta anzusehen; das Pol. 52 beßndliche Sachen aber bestebet in angegebener Turbation, welche in dem Decrete, darinnen diese Sache anhero verweise worden, nicht enthalten, folglich allhier, und in gegenwärtigem Procescu darüber nicht zu cognoscieren &c. Wannenbergo &c.

x) Edict Torgau de ao 1583. §. Dimeil dann &c. Mand. Feud. nouiss. cit. T. I. §. 1. Weilu nach denen Sachſischen Lehnrechten die Lehnfolge allein auf der gesamten Hand steht, und dieselbe ein jeder Mitbelebnter von sich selbst suchen, und alfo proprio facto erlangen must.

y) IAC. ALEMANNVS de iure simultaneae inuestiturae pag. 14. sequ.

WERNHER Obs. for. P. IV. obf. 145.

HARTM. PISTORIS quaest. iur. lib. 2. qu. 20. n. 3. sequ.

CARL AVGUST SALZMANN de successione simultaneae inuestitorum in feuda Sax. quatenus in capita fiat, quatenus in stirpes. (Lipſ. 1732.) III. HENR. GODOFR. BAVER diff. simultanee inuestiti quatenus viritim et quatenus secundum stirpes succedant.

z) SALZMANN in diff. cit. §. II.

zahl a) litteris inuestituree insertam, vel pacto seu obseruantia familiæ, qualis in nonnullis nobilibus Thuringiae familias obtinet b), aut successio delata sit ad defuncti vasalli fratres, fratrumque liberos, inter quos ius representationis obtinet, sive formula nach Recht der Sippzahl litteris inuestituree inserta sit, sive omisita, adeo ut illa iuri representationis non deroget c).

§. VII.

Renouatione simultaneae inuestituree omisso, hu-
iusque effectus.

Simultaneæ inuestiti vtrum ad renouationem simultaneæ inuestituree legitime concessæ ex ipsius iuris feudalismationibus, ideoque in omnibus Germaniae prouinciis, vbi simultanea inuestitura obtinet, teneantur, quemadmodum IOANNES GODOFREDVS BAVE-
RVS d) statuit, an ex sententia GE. LVD. BOEHMERI e) ibi

a) Formulae nach Recht der Sippzahl, contractæ in verba nach rechter Sippzahl, ea vis atque potestis est, ut simultanea inuestiti, quorum successio nach Recht der Sippzahl definita est, ad successionem feudi vocentur, seruato ordine secundum agnationis proximitatem definito. Non enim ordo succedendi a proximate gradus repetitus pugnat cum successione ex simultanea inuestitura. Ius succedendi ab ordine succedendi inter simultaneæ inuestitos secerni debet, siquidem hic, salvo jure succedendi, definiri potest varia ratione, ideoque etiam secundum proximitatem gradus. Et sic evanescit illa pugna, quam rei inesse statuit CAR. FERD. HOMMELIVS in Rhap. Obs. 576. Si successio simultaneæ inuestitorum partim iure sanguinis partim vi simultaneæ inuestiturec admitteretur,

b) IO. CASP. HEIMBVRG progr. an successio simultaneæ inuestitorum in feuda Thuringica secundum gradus praerogativam fiat. (Ien. 1765.)

c) Const. El. P. II. Const. 29. GE. LVD. BOEHMER de successione feudali fratum fratreisque liberorum, cap. II.

d) In diss. de communi Saxonum manu ob neglegtam renouationem amissa, §. 21. sequ.

e) In Comment. de inuestitura simultanea eventuali Cap. II. §. 46. 52.
Idem de indeo et natura expectativa et inuestitures feudalis p. 173.
et in Principiis iuris feudalis §. 184.

tantum, ubi id aut lege seu obseruantia particulari, aut pacto fuerit constitutum, iam nec vacat, nec luber inquirere, sed, hac controuersia in medio relista, id nobis dari cupimus, iure Saxonico Ele-
ctorali f) obligationem poenalem ad simultaneam inuestituram iisdem casibus renouandam, quibus et principalis eiusdem feudi va-
fallas obligatur, productam esse, adeo ut simultanea inuestiti, simul
ac renouationem simultaneae inuestituae siue ex dolo siue ex culpa,
quemadmodum Ios. GODOFR. BAVERVS g) egregie probauit
contra dissidentem GE. LVD. BOEHMERVM h), neglexerunt,
iuribus ex simultanea inuestitura competentibus excidant, et ipso
quidem iure, siquidem renouatio simultaneae inuestiture ad certum
tempus adstricta est, intra quod si illa neglecta est, ius ex illa de-
scendens, ex natura fatalium, exclusum et amissum censetur. Quam-
uis igitur legitimum impedimentum iustum excusationem praebere
possit, illud tamen cursum praescriptionis non sifit, sed locum tan-
tum facit restitutioni in integrum i). Quare simultanee inuestiti si
legitimam excusationis causam ob non petitam renouationem affe-
runt, audiendi sunt, nec absque sufficienti causae cognitione pri-
uandi iure simultaneae inuestituae k). Sin autem feloniam neglecta
reno-

f) Conf. Sax. 45. P. II. Mand. feud. nouiss. d. d. 30. April. 1764. Tit. V. §. 1. Welcher die zu Sachung und Erneuerung der Lehn und Mitbe-
lehnshoheit geordnete Iabrefriff, nach den n. sich begehenden Paellen vor-
bey streichen laßet, und sich nicht intra Fatale sowohl schriftlich, um die
Lehn oder gesamme Hand melder, als auch zu deren Empfaltung in Per-
son sifire, oder doch vor dessen Verlauf wengstens um Indulf ansfacken,
derselbe soll Inhalts des unterm 12. Nolr. 1691. ergangenen Mandats, der
Lehn- oder Mitbelehnshoheit verlustig seyn.

g) In diff. cit. §. 50.

b) In libro de indeole et natura expectatiuae et inuestituae feudalisp. 197.
sequi.

i) FRANC. IVST. KORTHOLT in diff. de simultanea inuestitura Hassiac
Cap. I. § XX V.

k) Mandat. feud. d. d. 30. April. 1764. Tit. V. §. 2. ubi praeccipitur:
daß keiner ohne rechtliche Geboer, und absque sufficienti causae cogni-
tione, nach Vorschrifff der Erledigung derer Landesgebrüchen de anno
1661. Tit. von Justitiis Sachen §. 55. seiner Lehn und deren Genusses
oder

renouatione simultaneae inuestitutae commissam purgare omittant, siquidem ad iura sua defendenda non coguntur, eorum ratio non habetur, sed, casu successionis existente, ii ex simultanei inuestitis, qui officii sui memores simultaneam inuestitutam legitimo modo renouarunt, ad successionem in feudo admittuntur, nec opus habent, ut antea probent, reliquos renouationem simultaneae inuestiturae neglexisse, nisi aut controuerteria moueatur, aut omissae renouationis caussae et impedimenta allegentur. Quibus quidem casibus de iure successionis quaestio auctoritate iudicis feudalis erit definienda).

S. VIII.

Consolidatio feudi temporaria quid?

Iam, quia nos hoc libello versaturi sumus in excutienda quaestione, num, renouatione simultaneae inuestiturae a proximiore simultanei inuestito neglecta, consolidatio feudi temporaria locum habeat, ab*instituti nostri ratione alienum non est*, paucis de illa expondere. In constituendo feudo dominium eiusdem rei in directum et vtile diuiditur. Quod si utrumque feudi dominium in persona vel domini directi vel vasalli coniungitur, feendum dicitur consolidari: quae vox quamvis in collectione consuetudinum feudalium Longobardiarum non occurrat, tamen ex Latii iure, quo res consolidari dicuntur, cuius dominium inter plures diuisum unius esse incipit iure pleni dominii, translatu est ad iuris feudalis disciplinam, ut designetur coniunctio utriusque dominii, directi et vtilis, in eadem persona. Ita vero consolidatio feudi accipitur in sensu generali, quo illa coniungere potest, tum acquisitione domini directi a vasallo, tum dominii vtilis acquisitione a domino directo facta. Sed ut vterque consolidationis modus, cum a se inuicem differat, specialibus nominibus

oder Mirbelebnischaft entsezt, sondern ein jeder mit seiner Notbahrfft und Exculpatiun wider die angeſchuldigte unverlaſſene Sachung der Lohn und Mirbelebnischaft, und die dabey beygemessene Felonis, bey ereigneten dergleichen Fällen, färfam gebarret, und zum Beweis seiner diesfalls babenden erheblichen Behelfe und Einwendungen zugelassen werden soll.

¶ Rescriptum Elec. Saxon. d. d. 10. Octobr. 1777. cuius verba §. ultima afferaemus.

bus insigniatur, prior *consolidationis modus appropriatio feudi* (*Lehn-Vererbung*) *m*), posterior vero *consolidatio in specie doctrinae causa appellari solet n*). *Consolidationi*, cuius sensum specialem hoc in libello adhibemus, prius locus non datur, quam feudum domino directo fuerit apertum: quod cum vel simpliciter, vel ad tempus fieri possit, consequitur, ut *consolidatio quoque sit duplex*, vel perpetua vel temporaria. Quemadmodum illa locum habet, si per aperturam extincte sunt iura omnium, quibus feudum eadem inseveratio constitutum est, sic temporaria feudi *consolidatio*, si per eam interierit ius quorundam tantum, quibus feudum adhuc competere poterat, salvo caeteroquin iure succedendi, quod reliquis, quibus feudum constitutum est, competit o). Quae quidem ex universa iuriis feudalis disciplina delibare placuit. Iam ad ipsum, quod nobis summisus argumentum, transeamus.

§. IX.

Status controveneriae definitur, et ostenditur, non quaeri de eo casu, si unus pluresue ex simultanee inuestitis, aequali jure succedendi gaudentibus, renouationem inuestiturae omiserint.

Quod ad principalem libelli nostri questionem attinet, primo loco statum controveneriae, quem in scholis vocare solent, definiamus, ut, quid maxime in causa nostra disputetur, quidque in controveneriam vocetur, iudicari facilius possit. Atque ut omnis ambiguitas tollatur, lectors praemonitos esse cupio, hic non quaeri de eo casu, si unius pluresue ex simultanee inuestitis aequali iure et modo succedendi gaudentibus renouationem simultaneae inuestiturae omiserint. Hoc in casu nemo negaverit, simultanei inuestitos, qui inuestituram legitimo modo renouarunt, existente casu successionis, totum feendum capere, exclusis, quorum ius succedendi neglecta

reno-

m) GOD. DAN. HOFFMANN in diss. de appropriatione feudorum ex vtroque iure feudali, Longobardico et Germanico. (Tub. 1751.)

n) GE. LVD. BOEHMER in Principiis iuris feud. §. 360. et in diss. de impedita feudi consolidatione (Goett. 1757.) Cap. I. §. 5.

o) IOH. GODOFR. BAVER in diss. de feudi consolidatione temporaria. (Aldt. 1718.)

XVIII

renouatione simultaneae inuestitutae interiit. Nam cum simulanea inuestitura ius circa feudum in solidum tribuat p), simultaneae inuestiti, aequali iure succedendi gaudentes, concursu suo partes quidem faciunt, ast, vno eorum deficiente, qui vel renouationem simultaneae inuestitutae omisit, vel sine herede feudi capace decessit, reliqui in eius portionem non tam succedunt, quam ea ip[s]is non decrescit, atque eandem retinent vi inuestitutae q). Quare portionem unius ex simultaneis inuestitis, qui renouationem simultaneae inuestitutae neglexit, non ad dominum pertinere, recte probauit LVD.
MENCKENIVS r).

§. X.

Sed disputatur, utrum remotiores simultaneae inuestiti, renouatione inuestitutae a proximiore negligunt, ad successionem in feudo admittantur, an potius consolidatio feudi temporariae locum habeat?

Iam, postquam ea vidimus, de quibus inter omnes conuenit, caput controv[er]siae, in qua nos versabimur, cognoscamus. Fac, plures vi simultaneae inuestitutae in condominium feudi, successio[n]is causa, ita esse receptos, vt quidam eorum vel ex diuerso modo et tempore, quo illis de eodem feodo collata est simultanea inuestitura, vel ex ordine succedendi secundum gradus praerogatiuum inter simultanee inuestitos definito, sint potiores seu proximiiores, alii contra remotiores: fac, simultanea inuestitos, qui proximiiores sunt, et potiori prae reliquis succedendi iure gaudent, simultaneae inuestitutae renouationem, in casu mutationis, lege vel pacto speciali definito, omisiss[e]; queritur, utrum feudum, existente successionis casu, statim ad remotiores simultaneas inuestitos, qui, officiū sui memorares, simultaneam inuestitutam in quoconque mutationis casu rite renouarunt, deuoluuntur, an potius consolidationi feudi temporariae locus sit, adeo, vt feudum ad dominum reverteratur, eiusque sit,

p) Vid. §. 16. quousque

q) IOH. GODOFR. BAVER in diff. de origine et progressu communis Saxonum manus §. XI. sequ.

r) In Progr. super quæstione, ad quem unius ex pluribus simultaneis inuestitis, renouationem inuestitutae negligentis, portio pertineat? (Lipsc. 1701.) prop. et insert. EL selecti. dissert. iurid. iunctim editis (Lipsc. 1705.) p. 908. sequ.

quousque simultanee inuestiti proximiores, qui ob neglectam renovationem simultaneae inuestiturae, successione in feudo exciderunt, eorumque descendentes, superflunt.

§. XI.

Causa domini directi, consolidationem feudi temporariam exigentis, peroratur. Argumentum primum

ex II. F. 55. petitum.

Iam, quae rationes stenti pro causa domini directi, feudum ad tempus consolidantis, luber afferre. Ac primo quidem cum in Saxonia Electorali multisque aliis prouinciis, eadem, in renovatione inuestiturae, simultanee inuestitis imposta sit obligatio, quae va-fallo principali, sequitur, vt, si ab alterutro illa fuerit neglecta, eadem priuationis poena non possit non sibi locum vindicare. Iam vero ob feloniam, quae, obligatione ad renouandam inuestitutram temere neglecta, committitur, princeps vasallus, negligens officii, priuatuer feudo, quod von ad agnatos deuolui, sed ad dominum directum reuerti, in tanta legum perspicuitate negari nequit. *Præterea*, inquit FRIDERICVS I. Imperator s), si quis infestatus maior quatuordecim annis sua incuria vel negligentia per annum et diem festerit, quod feudi inuestitutram a proprio domino non petierit: *transactio hoc spatio feudum amittat, et FEVDVM AD DOMINVM REDEAT.* Haec dispositio non restrin-genda est ad feendum nouum, quippe quod, felonia vasalli possessoris amissum, ad dominum redire, nullum plane dubium est, siquidem a larere iunctis nihil iuris ibi competit, ideoque praeter dominum directum nemo adest, ad quem feudum possit transferri: sed spectat etiam ad feendum antiquum, quod propter neglectam a vasallo pos-sessore renovationem inuestiturae committitur. At vero utrum statim ad agnatos pertineat, an ad dominum redeat, dubium exoriri poterat, quod FRIDERICVS I. Imperator sustulit, statuens, feu-dum ad dominum redire. Verum enim vero cum poena priuatio-nis feudi ad agnatos produci nequeat, qui iure in feudo, a iure va-falli neutiquam dependente, gaudent, feudum ad dominum non sim-pliciter, nec in perpetuum reuertitur, sed eousque tantum, quo usque

C 2

que

s) II. F. 55. Add. HARTM. PISTORIS in quaest. iuri Lib. II. P. I. quaest. XVIII. SIEGISMUND FINCKELTHAVS in controuersi. illustr. Disp. X. 24.

XX

que vasallus delinquens eiusque descendentes superfunt *i*), quibus defundis, existit casus delatae successionis, quo agnatis competit ius feudum reuocandi *ii*). Quae omnia et ad hunc casum, vbi a proximioribus simultaneo inuestitis renouatio inuestiture neglecta fuit, iusta interpretatione extendi posse videntur, adeo, vt feendum, existente caſu ſucceſſionis, non deuoluatur ad remotores ſimultaneos inuestitos, ſed redetur ad dominum direcūm. Quid enim? Ad ſimultaneos inueſtitos in Saxonia Eleitorali vi legis particularis producta eſt obligatio poenalis ad inuestituram ſimultaneam iuſdem caſibus renouandam, quibus et principalis eiuſdem feudi vasallus obligatur. Posita eadem obligatione, et ponendi ſunt iuſdem effectus, niſi exceptio doceatur. Id vero, quod de feudo, renouatione inuestiture a vasallo principali neglecta, amitto, ad dominum direcūm redeunte, ſupra ex legibus feudalibus diſputauimus, quidni et in caſu ſimi- li ex analogia iuriſ locum habere poſſit, nulla diuerſitatis ratio ad eſte videtur. Vbi autem eadem eſt ratio, idem iuſ, eademque diſcio- ſtati debet, et ex iuſ, quae iure feudaliter expreſſo definita ſunt, ad ſimiles caſus, eadem rationem habentes, merito inferre licet *x*).

§. XII.

Argumentum secundum ducitur a iure domini directi, proximioribus simultaneo inuestitis, vel in uitis remotoribus, feloniam remittendi.

Perpetrata felonia, domino directo ius competit, poenam ilius persequendi. Sed cum quilibet iuri suo renunciare poſſit, ſequitur, vt ſolus domini arbitrio relictum fit, vtrum iure ſuo vi, an vasallo gratiam facere velit, nequicquam contradicentibus agnatis *y*). Non ignoro, a multis diſtingui, vtrum felonia contra iuſum dominum, an contra tertium admifla fuerit. In illo quidem caſu dominum directum

x) II. F. 31.

ii) II. F. 26. §. 17. ERN. CHRISTOPH. WESTPHAL in diſſ. de effectu feloniae vasalli quoad ſucceſſores feudales legitimos, et quoad innocentes. (Hal. 1757.) EIVSD. diſput. de effectu feloniae vasalli, quoad ſucceſſores feudales præter legitimos, et effectu feloniac ſucceſſorum feudaliuum, quoad alios ſucceſſores feudales. (Hal. 1758.)

y) DANIEL NETTEBLADT in diſſ. de diſciplina caſum secundum analogiam. (Hal. 1751.)

z) SAM. STRYCK de culpa vasallo remiſſa. (Francofurt. ad Viadr. 1681.)

directum feloniam remittere posse, contendunt; in hoc autem ne-
gant z), quia, feloniam contra tertium commissa, feudum amissum ex
dispositione iuris feudaloris Longobardici a) non ad dominum redire,
sed ad proximos agnatos pertinere dicitur, in quorum fraudem ius
remittendi feloniam exercere nefas foret. Sed hanc contrové-
rsum b) iam nostram non facimus, praesertim cum ea tantum species
feloniae ad nos pertineat, quae contra dominum ipsum admisa est.
Nam in ea specie feloniae, quae omitendo renouationem simulta-
neae inuestiturae committitur, res agitur domini directi, cuius in-
terest, renouari simultaneam inuestituram, siquidem idem inter
simultaneae inuestitus et dominum directum intercedit nexus cliente-
laris, qui inter dominum et vasallum principalem est, nisi quod si-
multanee inuestiti, antequam iure delatae successionis, possessionem
feudi nati fuerint, a seruitio praestans sint immunes c). Quocir-
ca si a simultanea inuestitis renouatio simultaneae inuestiturae omisita
est, pieras et reverentia domino directo debita laeditur, ideoque fe-
lonia contra ipsum dominum perpetratur, non vero aliis, veluti agna-
tis seu simultanee inuestitis, per eam nocetur. Exinde sequitur, do-
minum directum, hanc feloniam remittendo, successoribus feudalili-
bus nullum ius eripere, sed suo tantum ius quoddam detrahere
commodo. Nam *hac distinctione*, inquit Feudista d), tam ratione
quam moribus comprobata est, ut, siquidem vasillus ita in dominum
peccauerit, ut feodium amittere debeat, non ad proximos, sed ad do-
minum beneficium revertatur; ut hanc saltim habeat suae iniuriae vi-
tationem. Quae cum ira sint, prono alueo fluit, quod per felo-

C 3

niam,

z) WERNHER Obs. foren. Part. III. obs. 208. cf. HORN in Iurisprud.
feud. p. 442. STRVV in Syntagm. iur. feud. cap. XV. 12.

a) II. F. 24. §. 1. *Si vero non in dominum, sed alias graviter deliquerit,*
vel graue quid commiserit, sicut ille, qui fratre suam interfecit: vel
*aliud cruce crimen (quod paricidii appellatione continetur) commiserit, feu-
dum amittit: et non ad dominum, sed ad proximos pertinet: si tamen occi-
ficium fuerit parentum. Sic enim saepe pronunciatum fio.*

b) Vide sis CAR. FERD. HOMMELII diss. dominum feloniam contra ter-
tium perpetratam valide remittere. (Lipz. 1765.)

c) IOH. GODOFR. BAVER in diss. de communis Saxonum manu, ob negle-
ctam renouationem amissa §. 50.

d) GE. AD. STRVV in Syntagm. iuris feudal. Cap. XV. §. 12. aphor. II.

niam, & proximioribus simultanee inuestitis omissione renovationis inuestiture commissam, remotoribus ius quoddam neque acquiratur, neque admatur, sed tantum domino ius nascatur, poenam feloniae persequendi. Quare cum quilibet iure suo decedere possit, dominum direclum proximioribus simultanee inuestitis poenam feloniae remittere posse, nec ius contradicendi competere remotoribus, tanto minus dubitari potest, quanto certius ex iis, quae supra disputauimus, constat, per illam feloniam tantummodo iura domini directi laesa esse, nec rationem idoneam adesse, cur ex felonie a proximioribus simultanee inuestitis commissa lucrum capere possint remotores, adeo, ut citius ad feudum adspicient, quam, nulla felonia commissa, eo potiti fuissent.

§. XIII.

Argumentum tertium desumitur ab ordine et modo diuerso, secundum quem successio in feudo simultanea inuestitis deferatur.

Simultanee inuestiti ad successionem in feudo prius non vocantur, quam existente casu successionis vel iure communi vel lege inuestiture definito. Quare si plures simul inuestiti in condominium feudi vtile successionis causa sunt recepti, definito ordine et modo, ita, ut alii sint proximiores, alii contra remotores feudi successores, ad illos tempore delatae successionis primum deuoluitur feudum, nec remotoribus ius in feudo succedendi prius nascitur, quam defunctis proximioribus eorumque descendenteribus quo facto et intuitu reliquorum simultanee inuestitorum existit casus successionis. Iam licet proximiores simultanee inuestiti, ob renovationem simultaneae inuestiture neglectam, iure succedendi in feudo exciderint, tamen casus successionis intuitu remotorum simultanee inuestitorum prius non existere videtur, quam defunctis proximioribus eorumque descendenteribus. Etenim cum lex inuestiture talis sit, ut proximioribus, eorumque posteritate extincis ad feudum vocentur, efficitur, ut his superstitionibus, successionis autem propter feloniam commissam incapacibus, quoad quidem supersunt, feudum consolideatur, nisi dominus huic iuri suo in favorem reliquorum simultanee inuestitorum renunciarerit. Cum autem renunciatio iurium non praesumatur, atque omnino strictissime sit interpretationis, a casu suc-

succeſſionis, qui mortuo vafallo exiſtit, et reliquis lege vel pacto ex-
preſſis e), ad alios non expreſſos argumentatio et collecțio fieri non
poeteſt. Tandem haud leue argumentum, niſi egrēgie fallimur, p̄rae-
bet Mand. Sax. feud. Elec̄t. d. d. 30. April. 1764. Tit. VII. §. 4. vbi
intuitu ſucceſſionis ſimultanee inueſtitorum tantum caſus mortis com-
memoratur hiſ verbiſ: *Wenn nun ein Lehn durch Abſterben des Beſ-
itzers auf die Mitbelebten verſuellet wird,* rel. Ex quibus quidem
omnibus effici poſſe videtur, quod, felonie a proximioribus ſimulta-
neee inueſtitis omittendo renouationem inueſtiturae, commiſſa, non
exiſta caſus ſucceſſionis intuitu remotorum ſimultanee inueſtitorum:
ſed potius, vafallo poſſefſore abſque prole deſuſto, conſolidatio
feudi temporaria contingat.

§. XIV.

*Argumenta pro cauſa ſimultanee inueſtitorum remotorum, et contra conſolidationem feudi temporariam
pugnantia.*

*Argumentum primum ex cauſa introductae ſimulta-
neee inueſtiturae petitum.*

Postquam bona fide congeſſimus, quae pro conſolidatione
feudi temporaria afftri poſſint rationes, iam audiamus et ſimultanee
inueſtitis, qui, neglecta a proximioribus renouatione ſimultaaneae
inueſtiturae, in caſu ſucceſſionis, qui, vafallo poſſefſore abſque he-
rede feudali deſuſto, exiſtit, ius in feudum ſuccedendi ſibi com-
petere deſendunt, contradicentes domino, conſolidationem feudi
temporariam exigenti. Ac primo quidem, eti feudum, vafallo
ſine herede feudi capace mortuo, ad dominum redire, et conſoli-
dari queat; tamen dominus direc̄tus a feudi conſolidatione arcerit,
ſi adiuſt, qui ab ipſo ex conſenſu vafalli poſſefſoris olim impetra-
runt ſimultaaneam inueſtituram, eamque rite renouarunt. Erenim
ſimultaanea inueſtitura, ſi ad eius natales reſpicimus, ad conſtituen-
dam in feudo ſucceſſionem ideoque ad impediendam feudi conſol-
idationem inuaſiſe videtur f). Ius ſuccedendi in feudum ſimultaaneę
inueſtitis

e) CHRIST. LVD. STIEGLITZ de iure ſuccedendi agnatorum in feudum
alienatum viuo alienatore, in primis iure Saxon. (Lipſ. 1714.)

f) GE. LVD. BOEHMER in progr. de feudi conſolidatione per inueſtitu-
ram ſimultaanam et euentualēm impedita. (Goett. 1757.)

XXIV

investitis constitutum, cum ex concessione domini descendat, non potest non ab ipso agnosci, nec ab eo interverti in fraudem aut simultaneae investitorum, aut extraneorum, veluti heredum ultimi vasalli allodialium, in quorum fauorem fortassis a vasallo iura constituta sunt, ad quae praestanda simultaneae investiti litteris reuerſalibus seſe obſtrinxerunt. Quam diu igitur ſaluum eſt ius simultaneae investitorum, tam diu impeditur feudi consolidatio, et, stirpe vasalli poffessoris extincta, feudum non aperitur domino, ergo nec consolidatur, ſed simultaneae investiti ad ipsam feudi ſucceſſionem et poffitionem vocantur, quamuis adſuerint proximiores, qui, propter omiſſam simultaneę investiturae renouationem, ius ſuccedendi amiferunt.

§. XXV.

Argumentum secundum ex natura et indeole simultaneae investiturae proponitur, et demonſtratur simultanea investitorum, qui renouationem investiturae omiferunt, nullam habendam eſſe rationem, neque ante caſum ſucceſſionis, neque eo exiſtente.

Deinde simultaneae investiturae conſtitutae eſt, vt ſupra g) vidimus, viſ atque potefas, vt ſimul investiti non modo, florente adhuc vasalli principiſ stirpe, iure ad quamcunque feudi alienationem concurrendi fruantur, fed etiam iuribus iſiſ, vel per mortem abſque prole feudi capace ſubſecuram, vel alium quemcunque modum exſtinctiſ, tempore delatae ſucceſſionis, iſipsum feudum conſequantur. Ut vero ſaluum perſiftat simultanea investitorum ius, ſimultanea investitura ſingulis caſibus mutationis vel lege vel pacto deſinitis renouanda eſt: quod cum exigatur ſub iuſtura iuriſ, prono aliue fluit, quod, neglecta renouatione ſimultaneae investiturae, omnia iura ex eadem competentia, amittantur, atque iſipſa ſimultanea investitura non rite renouata pro exſtinctiſ habeatur. Quare ſimul investiti, qui renouationem investiturae omiferunt, nec ante caſum ſucceſſionis, iure ad quamcunque feudi alienationem concurrendi, indeque deſcendentē iure prohibendi, ne quid in iſorum fraude

g) §. 4. et 5.

dem suscipiatur, fruuntur b), nec existente casu successionis, feudum consequi possunt, ut adeo nunquam inter simultaneas inuestituras existit videantur. Quod si igitur ius simul inuestitorum proximorum per neglectam inuestiturae renovationem amissum et exstinctum est, frustra quaeritur de eorundem ordine succedendi, si quidem hic necessario presupponitur ius succedendi, quo non existente, ne cogitari quidem potest ordo succedendi. Quae cum ita sint, ordo succedendi inter simul inuestitos definitus eatenac turbatur, quatenus ius simultaneae inuestiturae proximorum per neglectam renovationem inuestiturae exstinctum fuit. Quare simul inuestiti remotiores, qui simultaneam inuestitutram renovarunt, exstincto iure simultaneae inuestitorum proximorum, tempore delatae successionis, tanquam primi et proximi in condominio, feudum consequuntur, siquidem proximior est, quem nemo antecedit i). Is autem, cuius ius exstinctum est, non amplius antecedit, sed sequentem proximum facit b). Quemadmodum igitur remotiores simul inuestiti proximioribus, ante casum successionis, feudum adipiscuntur, sic eodem quoque iure gaudent, si proximiores renovationem simultaneae inuestiturae neglexerint, quia vtroque casu illorum iura sunt extincta: quo facto reliqui, quorum ius succedendi adhuc saluum et integrum est, ad successionem in feudo vocantur.

§. XVI.

Argumentum tertium dicitur ab effectu simultaneae inuestiturae Germanicae.

Porro ad causam simultaneae inuestitorum remotiorum defendendam haud parum facere videtur, quod simultanea inuestitura Ger-

b) argum. Mand. Elect. Sax. feud. Iepius laud. Tit. V. §. 3. vbi disponit legislator, simultaneae inuestititis, quibus a domino gratia felonias per neglectum renovationis inuestiturae commissiae facta es, inuestitutam non nisi ita concedendam esse, ut feudum in eodem statu persilat, quo fuerit tempore remissionis feloniae, ut alienatio pertinentiarum feudalium consensu domini directi, sed neglegdis simul inuestitis, qui renovationem simultaneae inuestiturae omiserant, interea suscepta, maneat salua et valida.

iii) L. 92. π. de Verb. Signif. sicut in aliis iuris scindere in aliis cognoscere.

Germanica sua natura singulis inuestitis condominium tribuat in solidum; in quo quidem maxime cernitur differentia inter simultaneam inuestitutam Longobardicam et Germanicam. Per illam enim idem feudum pluribus pro partibus determinatis constitutur *l*). Quare ex hac non datur successio in alterius parte vacante, sed portio deficiens ad dominum reddit, non vero ad reliquos simul inuestitos pertinet, nisi vi specialis pacti *m*). Longe alia est ratio simultaneae inuestiturae Germanicae, quippe quae mutuum in feudo tribuit successionem, ex ipsa sua natura: id quod non solum ex collectionibus confuetudinum feudalium Germanicarum *n*) intelligitur, sed etiam exinde patet, quod simul inuestitis secundum mores Germanorum competit condominium feudi in solidum *o*). Diserte hoc etiam agnouit Serenissimus Princeps Elector Saxoniae, qui, in Resolutione ad preliminarium statuum provincialium *p*), d. 8. Februar. cl. I. cc. ita constituit: Allerdings, wenn mehr als einer in gesammelter Lehn an einem Guttheilben, vermoegte der Lehn-Rechte einem jedweden derselben die Mitbelehnshaft in solidum zukommt, und solche nur sodann wenn eine durchliche Theilung geschiehet, gebrochen wird, dabingegen, wenn die Ubrigen mit Geld oder sonst abgefunden werden, dieselben in effectu zur Succession nicht gelangen, sondern derjenige, der das ganze Gut auf diese Maße an sich bringet, solches allerdings kraft seiner insolidum habenden Mitbelehnshaft erhaelt. Ex quibus omnibus efficitur, vt, vno ex simili inuestiti in casu successionsis deficiente, reliqui in eius portionem, non tam succedere, quam eam vi sua inuestitura retinere eamque neque iure successionsis, aut iure accrescendi, sed iure suo proprio, et iure non decrescendi, occupare videantur. Quae cum ita sit, similiter inuestituti

quare Ius Feudale Longobardicum expressam partum facit mentionem:
II. F. 85. Si maritus de feudo suae vxoris investitur ea absente, nisi nominatione quasi getendo vxoris negotiorum investitur, sibi acquirit feodium ea scientie vel iubente: *si vero uterque insimul investitur, pro parte sibi proficiunt.*

m) I. F. 8. vlt. I. F. 14. §. 2. II. F. 12. pr. II. F. 18.

n) Ius Feud. Alem. Cap. III. §. 3. seqq. Cap. CIII. §. 3. Ius Feud. Sax. cap. LVI. et LXXVI. Add. AVGUSTIN. DE BALTHASAR de indeole similitudine iustitiae iur. Germ. §. 22. FRANC. IVSTI. KORTHOLT de similitudine iustitiae Hesiaeca Cap. I. 10.

10. GODOFR. BAVER disp. de origine et progressu communis Saxorum manus & X. fasc.

p) in Cod. August. T. I. p. 366.

quamvis remotiores, existente casu successionis, ad possessionem feudi admittuntur, si proximiores renouationem simultaneae inuestituras neglexerunt, quia hi iure succedendi per neglectum renouationis inuestituras amissi, desicere censentur: illi autem, quia nemo antecedit, tanquam proximi, vi inuestituras simultaneae totum feudum capiunt, non concurrentibus proximioribus, quorum ius per neglectum inuestituras simultaneae inuestiturae renouationem extinctum est.

§. XVII.

Argumentum quartum ex dispositione Mand. feud. Elect. Saxon. d. d. 30. April. 1764. Tit. V. §. 3. petitur.

Denique eas nunc placet subiungere, quas praecipue nouissimum, quod de feudis disponit, Edictum Saxonum Electorale in l. c. subministrat, rationes causae simultaneae inuestitorum inferuentes. Ipsa verba legis audiamus: *Daferne sich aber jemand an der Lehn- oder Mithelebenschaft einer Gute wirklich verfaeuinet, und nachgebends dieserbalben, ehe das Gutb an einen andern, durch Kauf oder Tausch mit Lebni Herrlichem Consens geliehen, oder ehe der Anfall an die mit dem verfaeuunten Gefammt-Haender, in gleichem oder auch entfernterem Successions-Rechte gestandene Mitbelebte geschehen, par doniret werden, so wird ihm solche, damit die, wachrenden Verfaeuunns, ertheilten Lebniherlichen Consense, und zulaessig geschebene Alienation eines oder andern Pertinenz-Stückes in ihren Würden bleiben, anderergestalt nicht, als in dem Stande, wie sich das Gutb zur Zeit des erhaltenen Pardons befunden, bekennet.* Distinguatur in hac lege, utrum illis ex simul inuestitis, qui per neglectum renouationis inuestiturae feloniam admiserunt, a domino directo gratia feloniae facta sit, nec ne. Si facta est, simul inuestito negligenti inuestitura ita tantum conceditur super feudo, vt hoc maneat in eodem statu, quo fuit tempore factae remissionis feloniae: si autem gratia feloniae non facta est, feendum, existente casu successionis, ad reliquos, qui simultaneam inuestituras rite renouarunt, sive in pari cum simul inuestitis officii sive in diuerso ac remotiori ordine succedendi, statim devolui, haud obscure intelligitur ex verbis: *oder ehe der Anfall an die mit dem verfaeuunten Gefammt-Haender in gleichem oder auch entfernterem Successionsrechte gestandene Mitbe-*

XXVIII

Lebute geschehen, &c. Vox Lebni - Ansall denotat devolutionem feudi existente casu successionis factam, quae intuitu simul investitorum nicitur impetrata simultanea investitura. Neque intelligi potest locus citarus de delatione feudi; simul investitus ex speciali gratia domini directi facta, tum, quia huius rei in lege nulla facta fuit mentio, tum ex praecipue, quia delatio feudi, quae sola gratia domini directi speciali nicitur, Lebni - Ansall non appellatur.

§. XVII.

Quae verior videatur sententia, exponitur, refutatis argumentis §§. ii. 12. et 13. propositis.

Iam enarratis, quae pro causa tum domini directi tum simul investitorum afferri et possunt et solent, argumentis, eo delati sumus, ut, quae nobis probabilior, quae verior videatur sententia, aperiamus. Quo grauiores viriique stant rationes, eo difficilius videtur, certi quid in hac re dubia statuere. Attamen me non poenitet, esse huius sententiae, quae, causam simultaneam investitorum esse meliorem ac portiorem, adeoque in quaestione proposita locum non esse consolidationi feudi temporariae, statuit. Quid enim? Rationes, quae pro consolidatione feudi temporaria afferri solent, tantum vim non habere videntur, ac vulgo putatur. Nam primo, eti feudum, renouatione investiture a vallo possestare neglecta, amissum, ex dispositione iuris feudalis Longobardici q) ad dominum directum revertatur, tamen id ad simul investitos, renouationem investiture negligentes, interpretatione extendi nequit, siquidem adest plane diuera ratio. Vterque quidem ob neglectam renouationem investiture priuatur iure, quod cuique ante omissionem renouationis investiture competit, sed obiectum priuationis est diuersum. Vasallus principialis negligens Feudo, quod possidet, priuatur: simul investitus autem ob neglectum renouationis investiture, excidit iuribus ex simultanea investitura descenditibus r) Quis vero dixerit, eum et feudo priuari, cum hoc nunquam possederit? Simul investitus in hac specie feloniae iure suo, quod habuit, scilicet iure succedendi in feudum excidit, ut dominus hanc iniuriae suae actionem et vasallus poenam negligentiae habeat. Excluso itaque simul

¶ §. II.

¶ §. 7.

Simul inuestito officii sui negligente a iure succedendi in feudum, reliqui simultanei inuestiti, qui inuestituram rite renouarunt, existente causa successionis, ad possessionem feudi sunt admittendi, nec idoneum fundatum adest consolidationis feudi temporariae, siquidem domino directo per id, quod simul inuestitus negligens a iure succedendi in feudum exclusus est, iam factum fuit, neque dominus ex iure, quod reuera existere desit, succedere potest, vt tacet; ipsis principiis iuris feudalis repugnare, si dominus duplice personam, et domini et simul inuestiti gerere velit. Etenim alia plane est ratio in priuatione feudi. Hic enim, sublatu nexus feudal, necesse est, vt feudum ad eum, a quo profectum est, redeat. Deinde quanquam domini directi arbitrio relictum est, vtrum simul inuestitis gratiam feloniae per neglectam inuestiturae renouationem admissae facere velit, nec reliquis simultaneis inuestitis ius contradicendi competit, tamen ratio iuris feloniam remittendi non facultate feudum ad tempus consolidandi continetur, sed quia reuerentia domino directo debita, omitendo renouationem simultaneae inuestiturae, fuit laesa, adeoque huic soli ius competit poenam feloniae persequendi. Quo iure suo si vitetur dominus, nihil reliquorum simul inuestitorum iuri derogatur, aut aliquid iniuriae infertur. Tertium, quod supra (§. 1.) pro domino directo proposuimus, argumentum, ab ordine succedendi inter simultaneos inuestitos petitum, potissimum omnino est, quod pro causa domini directi allegatur. Cum enim dominus simultanei inuestiti ius succedendi ea lege concederit, vt tam vasallus, eiuque posteritas, quam simultanei inuestiti remotiores antepontantur, sequitur omnino, vt vasallo eiusque posteritate extincta, proximiорibus autem propter feloniam commissam succedendi incapacibus, possessio feudi, quoad horum posteritas superest, intutelam et possessionem domini redire debeat. At vero etiam haec ratio, si accurate rimeretur, tantam vim non haberet, vt nostram causam deferere cogamur. Etenim ordo succedendi inter simultaneos inuestitos non prouenit a domino directo, sed modo a principali vasallo, qui ea lege plures in condominium feudi recepit, modo a parentis inter ipsos simul inuestitos initis. Imperitur quidem dominus auctoritatem suam, sine qua non intelligitur simultanea inuestitura, sed ex ipso hac re ius succedendi prouenit, non ordo, cum cuiuscumque condominium feudi indeque competens succedendi facultas.

in solidum tribuatur. Ex quibus efficitur, ut dominus non possit locum proximiorum occupare, vel quia negotium, quo ordo succendi inter simultaneos inuestitos definitur, ad ipsum non spectat, vel quia, si hoc daretur domino, sibi ipsi ius succedendi in feudo tribuere videretur, id quod naturae successionis feudalnis plene repugnat. Deinde, ordine succendi inter simultaneos inuestitos definito, semper conditio adiecta censetur, vt obtineat rebus sic stantibus, id est, superstitionibus proximioribus eorumque posteritate et successionis adhuc capacibus. Quamobrem si alteruter casus in contrarium contingat, ordo quidem succendi turbatur, sed inde dominus nullum ius in feudum accipit. Quoad enim successores feudales ad sunt ex simultanea inuestitura, arcetur dominus, atque remotores simultanei inuestiti, qui aequae atque proximiore ad successionem feudi vocati fuerunt, id commodi habent, vt mox ad possessionem feudi perueniant. Quamobrem cum dominus nullum ius habeat occupandi locum propriorum simul inuestitorum, atque remotores in eum casum vocati sint, si et vasallus, eiusque posteritas, et proximiore simul inuestiti deficiant, sequitur, vt nec ex iure succendi in locum proximiorum dominus feudi consolidationem exigere possit. Atque id ipsum etiam nouum argumentum praebet, quod, in dubia causa, agnati et simultanei inuestiti domino directe ex ipsa legum dispositione ^{s)}, et successionis feudalnis natura anteponendi videantur.

§. XIX.

Sententia auctoris rescripto Principis Electoris confirmatur.

Refutatis, quae pro consolidatione feudi temporaria afferri solent, argumentis, rationes, quibus ad defendendam causam simultanei inuestitorum vi sumus, maiorem capiunt vim, sententiamque nostram extra omnem dubitationem ponere videntur. Quare non liber ultra disputare, ne, nimis anxie argumenta conquirendo, causae nostrae videamur diffidere. Si quid autem dubitationis adhuc super sit, id nunc plane evanescere putamus, postquam quaestio, in qua ex-

cutienda hucusque verfati sumus, a Serenissimo Princepe Electore Sa-
xoniae, patre patriae indulgentissimo, in Rescripto a. d. X. Octobr.
clo 1557. in fauorem simultanei inuestitorum decisa fuit. En
verba ipsius Rescripti:

*Es ist bey Gelegenheit, als nach Absterben des letzten Besitzers
der Nieder - Lausitzischen Lehngräflicher Ziebernowitz, Bogen und
Doebern Friedrich August von Polenz, Christian Dietrich und Cons.
unter dem Anführen, daß sie die einzigen wären, denen die gesammte
Hand an diesen Gütern annoch zustebe, und unter ihnen keiner vor
dem andern ein nächeres Successions- Recht sich zueigne, um Beken-
nung der Haupt - Lehn an sothauen Gütern gebeten, darüber*

1) *Ob bey einem Lehn, in welches nach rechter Sippzahl suc-
diret werden soll, in dem Fall, wenn außer denen sich meldenden
Mitbelebten, von denen übrigen Niemand vorbanden, der der Lehn
gehürende Folge geleistet hat, diejenigen aber, so sich melden, unter
einander der Succession halber einverstanden sind, und keiner ein näher
und Vorzugs- Recht verlanget, denenselben zusörderß vor Beken-
nung der Lehn, die Beybringung, daß die sich versäumte, ihnen aber
außerdem gleich oder vorgestandene Mitbelebten allerseits in ihrer
männlichen Posterität abgestorben, mit Bestand Rechtes angenommen
werden möge?*

2) *Ob, wenn ein Mitbelebter der gesammten Hand nicht Folge
geleistet, und sich solcher gestalt vor erfolgten Lebns- Anfall an sotha-
ner gesammten Hand versäumet hat, der Lehnsherr an die Stelle des-
selben dergestalt trete, daß auf den Fall, da dergleichen Mitbeleb-
ten zur Lehnfolge gelangt seyn werde, das Lehn oder der Anteil
des Lebns, so ihm alsdann zugesunken wäre, so lange derselbe und dessen
Lehnstüdtige Descendenten am Leben, dem Lehnsherrn, und erst nach
deren Abgangen denen andern Lehnfolgern zufallen könne und müsse?*

*Wann wir denn aber denen Lehn- Rechten, und der Lehn-
Verfaßung in Unseren Landen angemessen zu seyn erachten, daß eines
theils auf die Mitbelebten, welche zur Zeit des an die Mitbelebten
erfolgten Anfalls in der gesammten Hand nicht wirklich stehn, keine
Rücksicht zu nehmen, vielmehr solchen Falls, denen ihnen, vor ihrem
Versäumniß in der Mitbelebenschaft gleich- oder nach- gestandenen,
und in derselben wirklich noch befindlichen Mitbelebten die Haupt-
Beleb-*

XXXII

Belohnung nicht zu versagen, auch diesen in der gesammten Hand stehenden die Beybringung ihres Nutzen-Rechts vor dem veräumten, oder des gänzlichen Abganges desselben nicht anzusinnen, sondern nur die Versäumten, wenn sie sich selbst um rechtliches Gehör melden, zum Beweis ihrer erwangnen rechtlischen Entschuldigungs-Ursachen im Wege Rechtes zuzulassen; und da jenige war berauf rechtkräftig entschieden werden wird, von beyden Seiten zu agnoscieren sey, auch andern theils, der Lehnsherr an die Stelle der Mitbelebten, welche vor dem an sie erfolgten Anfalle sich veräumet gehabt, nicht trete, sondern die Lehnfolge an die noch vorhandenen Mitbelebten gelange:

Also haben etc. rel.

§. XX.

Epilogus.

Haec sunt, quae in problemate iuris feudalis proposito, ad caussam simultaneae inuestitorum defendendam, habuimus. Quicquid autem hoc est disputationis, id omne viorum doctorum submittimus iudicio, satis amplum laboris nostri fructum laturi, si nostram nos non plane inutiliter operam collocasse existimauerint.



1078


ULB Halle
005 361 494



3







1782, 1754

PROBLEMA IVRIS FEVDALIS

*Num ob renouationem simul
taneae inuestiturae a proximiore simulta
nee inuestito omissam, consolidatio feudi tem
poraria, existente successionis casu,
locum habeat.*

DISSERTATIO IN AVGVRALIS

QVAM

ILLVSTRIS IVRE CONSVLTORVM COLLEGII
AVCTORITATE

PRO GRADV DOCTORIS
IN VTROQVE IVRE

CAPESSENDO

D. XVIII. APRILIS A. R. S. CI^o ID CCLXXXII.

H. L. Q. C.

PVBICE TVEBIT VR

HENRICVS FERDINANDVS HVIBEL

IVR. VTR. BACCAL. ET ADVOC. SAXON. IMMATR.

LIPSIAE,
EX OFFICINA BÜTTNERIA.

